

nobis confectum per Acolybos accipiunt, ut se à nostra communione, maximè illa die, non iudicent separatos. Quod per Parochias fieri debere non potest; quia non longè portanda sunt SACRAMENTA. Igitur, si fermentum, quod mittebatur à Papa, die Dominico à se confectum, ad Ecclesias Urbis, erat Sacramentum, signat Eucharistiam in Pane fermentato. His modis obiectis Emin. Card. Bona loc. supracit. communiatur, iuge non fuisse ritum Azyini in Ecclesia Latina.

Sed contrarium tenendum est cum Eminentiff. Card. Baroni, & Spondano ad Annum Christi 1173. Et alii, quos citat, & sequitur P. Macedo in d. Diss. quif. de Azyino cap. 11. & Ciampinus cap. 4. per plures SS. sequentes, ubi post varias Sapientum hominum interpretationes illius vocis Fermentum, eruditè demonstrant, oblationes illas, Fermentum appellatas, non fuisse, Sacram EUCARISTIAM, sed Eulogias; id est Panem simpliciter benedictum, quem Papa mittebat ad Presbyteros, & Plebem in figuram fraternæ charitatis, & unionis, ut illis temporibus erat in usu, & ostendimus supra in explicatione Eulogiarum. Probat 1. Quia indecens fuisset mittere Sacrum CHRISTI Corpus per Parochias, ad solum finem demonstrandi fraternam charitatem. 2. Tantò magis per manus Acolythorum, quibus nunquam fas fuit attingere, vel deicere SS. EUCARISTIAM. 3. Maximè quia ipsi Presbyteri Missam celebrabant, eam consecrantes, & sic populus Eucharistia non indigebat. 4. Nec turbat, quod illud FERMENTUM nomen ut OBLATIONE CONSECRAË, nam ex S. August. lib. 12. de Civitate Dei cap. 6. Omne opus, quod agitur, in sancta societate in hæreatur Deo, dicitur OBLATIO, & Sacrificium. Immo ex Turian. lib. 5. cap. 4. contra Magdalen. confessio salis, & aquæ benedictæ appellatur Oblatio spiritualis. 5. Etiam in Rituali Romano res, quæ simpliciter benedicuntur, dicuntur consecrari, ut in orationibus pro benedicendis Sacerdotalibus indumentis, Mappis, & Corporalibus; & est mos loquendi antiquus, nam Corporale ab Episcopo benedictum, dicitur consecratum in c. Confessio de Consecr. dist. 1. 6. Immo ex Emin. Card. Baroni anno 1714. Sacra EUCARISTIA non nominabatur Sacramentum, quod est nomen genericum, sed SACRA MYSTERIA, vel COMMUNIO. 7. Hinc simplicem panem benedictum, & Catechumenis concessum vocavit Sacramentum S. August. lib. 2. de Peccator. meritis & remissis, cap. 26. quod observat Card. Bell. lib. 2. de Sacram. in gen. cap. 24. Card. Baronius Anno 1173. n. 67. Henriquez lib. 1. de Sacram. cap. 2. Suarez tom. 3. in 3. part. dist. 46. §. 6. ad fin. Vasquez tom. 2. in 3. part. dist. 166. cap. 4. de Cærem. Baptismi. n. 32. & alii allegati per Ciampinum in d. cap. 4. cap. 5. cap. 6. & c. 7. & per Macedonem d. Diss. quif. e. 6. pag. 103. Qui in toto opere evacuant reliquas conjecturas compactas per defensores Panis fermentati; in quarum relatione non immoror; sunt enim evidenter æquivocæ, & inconcludentes, quæ de Jure nullam probationem faciunt. Rota decis. 620. n. 6. & decis. 629. n. 24. part. 4. recent. tom. 3. Conciol. allegat. 6. num. 32. Tandem, corollari loco, in hoc primo Quæsitò, notandum, Materiam ex Azyino, qua utitur Ecclesia Latina in consecratione EUCARISTIÆ, antiquitè consuevit appellari OBLATAM, quia à fidelibus offerrebat, ut ex cap. 1. Concilii Arelatensis V. & ex supradicta responsione Cardinalis Humberti ad Michaelem Cerularium demonstrat Emin. Card. Bona d. lib. 1. cap. 23. sub n. 10. 11. ad advertens ibidem, OBLARAS semper fuisse formæ rotundæ. At hodie communiter denominari HOSTIAM notat Dominicus. Mæcer d. Verb. in Hierolexic. sic dictam ab hoste victo; representant enim passionem, & mortem REDEMPTORIS, qui mortem nostram mortendo destruxit, & vitam resurgendo reparavit. Diver-

fas verò effigies in HOSTIA fuisse olim impressas, ut potè CHRISTI ad columnam alligati, vel è sepulchro emergentis, & resurgens docet Aloysius Novarin. in Agno Eucharistico cap. 69. Honorium autem Papam III. præcepisse anno 1220. ut in Hostiis consecrandis imago Crucifixi imprimeretur, subdit Mæcer in d. Verb. Hostia. Et ita feruari nostris temporibus videmus.

DECISIONES XII.

Ad Martii Quæstum secundum.

ARGUMENTUM.

Agitur de materia consecrationis Sanguinis Domini. Exponitur, quæ sit materia dubia, quæ incepta, quæ certa? Colliguntur figuræ ex Testamenti veteri circa vinum convertendum in Sanguinem Domini. Proponitur, & examinator solennis Quæstio, An Aqua posita in Calice transeat in naturam Vini? Id firmatur rationibus Philosophicis, & Theologicis relatis prius Controuersitarum varis opinionibus.

SUMMARIUM.

1. Materia Sanguinis Christi consecrandi quæ sit?
2. Materia incepta pro consecratione Sanguinis.
3. Romane Matrone non poterant bibere vinum, sed loram tantum.
4. Materia dubia pro consecratione Sanguinis, quæ sit?
5. Materia Sanguinis certa est Vinum ex vitibus.
6. Beati in Cælo non ebant, nec bibent?
7. Noe ante Diluuium nescivit, quid esset vinum.
8. Vinum quod futurum esset materia consecrationis Sanguinis antiquitè figuratum.
9. Aqua ebullita cum vino, si excedat eius quantitatem, facit illud materiam ineptam ad consecrandum.
10. Vinum miraculosum est materia apta consecrationis.
11. Aqua purissima est miscenda in Calice ob plurima mysteria.
12. Graeci bis miscent aquam in Calice, prius frigidam, deus calidam.
13. Aqua mixta cum vino in calice an transubstantietur in Sanguinem Christi, opiniones quinque.
14. Aqua, secundum communiorum opinionem, posita in Calice prius convertitur in vinum, deinde in Sanguinem Christi.
15. Aqua in Calice secundum aliquos immediatè convertitur in Sanguinem.
16. Unaque opinio probabilis.
17. Aquam in Calice statim converti in Vinum probatur rationibus Philosophicis.
18. Vinum habet magnam adivinitatem ob abundantiam spirituum ignitorum, quibus constat.
19. Agent physicum debilitatur in agendo, & repercutitur à contrario.

QUÆSITUM SECUNDUM.

Quæ sit Materia in Consecratione Sanguinis CHRISTI.

Responsum fuit esse Vinum ex vitibus desecatam cum admixtione modicissimæ Aquæ in Calice. Ex quibus verbis desumuntur quatuor Resolutiones, quarum Prima excludit materiam consecrandi Sanguinis ineptam. Secunda ponit materiam dubiam. Tertia firmat materiam certam. Quarta declarat tria dubia concernentia admixtionem Aquæ cum Vino in Calice.

Prima

Prima resolutio excludit materiam ineptam, in qua valide consecrari non potest Sanguis CHRISTI, videlicet: 1. Vinetum, seu Aquaticum, vulgò Acquayello, Aquaticcio, Grapfia; in quo major, five maxima est pars aque superflua. cap. Perniciosus. 13. de celebr. Missar. Emin. Card. de Laurea d. tom. 1. in 4. sent. dist. 18. n. 15. Quartus in Rub. Missal. part. 2. tit. 7. §. 1. dub. 6. ratio est, quia hæc vineta verè non sunt vinum; teste Plinio l. 4. cap. 10. ubi ait, Non possunt dici vina, quæ Græci Deuterias appellant: Cato, & nos loram, maceratis aqua vinacis; quamvis inter vina operaria numerentur. Dicitur enim lora, quasi lora, quia est aqua, cum qua vinacem, ablato musto, sunt lotæ. Hinc quamvis Romanorum leges prohiberent bibere vinum Matronis Romanis, licitum illis erat potare loram; prope scribit Gellius lib. 10. cap. 22. his verbis: Qui de vitibus, atque cultu populi Romani scripturunt, Mulieres Romæ, atque in Latio atatem obtemperant, hoc est, vino semper, quod Temetum prifca lingua appellatur, abstinuisse dicunt: institutis causa, ut oculo indicium ferrent, deprehendentes autem solitas ferunt loram. Quod confirmat Vaito de vita populi Romani dicens: Antiquæ mulieres, majores natæ, bibebant loram. 2. Excluditur Agrestis, & Acetum. Illud, quia licet sit in via Vinum, adhuc non est Vinum, siud nam, est fuerit Vinum, non est amplius tale ob corruptionem, & eo homines non utuntur ad potandum; immò potius ad comedendum. Exemplum habemus in libro Ruth cap. 2. n. 14. ubi Booz eidem puellæ Ruth ait: Quando horæ vescentis fueris, veni huc, & comede panem, & iminge bucellam tuam in aceto. 3. Nullum colium, vel Sapa non est materia apta ad consecrandum; nec etiam mustum in Uvis contentum cap. Didicimus; & cap. segg. de Consecr. dist. 2. quia horum nullum est potabile, & fluidum, idèque neque Vinum imbibitum in ossa panis, vulgò Zappa. Emin. Card. de Laurea d. dist. 18. n. 50. 51. & segg. Marius in Theolog. moral. dist. 18. n. 18. & Colleg. Salmantic. in cursu Theolog. moral. tom. 1. tr. 4. c. 4. par. 2. 4. Excluduntur tandem quæcumque vina, quæ non sint ex vite, nempe Mororum, Malorum granatorum, Cervisæ, Hordei, & aliis succis; ut passim omnes DD. neque etiam Aquavitis, quæ est spiritus lambicatus pro ignem ex vino. Emin. Card. de Laurea d. dist. 18. n. 60. Vers. Probat 2.

Secunda Resolutio ponit materiam dubiam consecrationis Calicis. Talis est Vinum acidum, Vinum congelatum, & Vinum expressum ex Uvis passis. Hæc vina dicuntur materia dubia; quia Vinum congelatum esse materiam sufficientem; at insufficientem Vinum expressum ex Uvis passis tenet ipse Emin. Card. de Laurea d. dist. 18. n. 56. & n. 60. E contra Vinum ex Uvis passis esse aptam materiam, non etiam Vinum congelatum docet Gonet d. tom. 5. dist. 3. de Mat. Eucharist. art. 2. Et Gobat in Theologia Experim. tr. 3. n. 49. & 55. Ex his dicendum, cum non liceat consecrare in materia dubia, ab istis speciebus abstinere oportere. Tertia Resolutio firmat: Quod Vinum ex Vitibus sit materia certa consecrationis Sanguinis Domini, & probatur, non solum ex cap. Firmiter. De Summa Trinit. & Fide Cathol. ex Concil. Florentino, & ex Trident. sess. 13. can. 2. Sed etiam ex Evangelio Matth. 26. & Marc. 14. ubi Saluator statim post consecrationem sui Sanguinis, illum porrigendo discipulis ait: Non bibam amodo de hoc genimine vitis usque in diem illam, cum illud bibam vobiscum novum in Regno Patris mei. Ergo materia consecrata à CHRISTO in Calice fuit Vinum ex Vite. Sed numquid Beati in Cælo bibent vinum juxta prædicta Domini verba? & illa apud S. Lucam cap. 22. Vers. 29. & 30. Vos estis, qui permanistis mecum in tentatio. De Sacramento Eucharistia.

nibus meis, & ego dispono vobis regnum, ut edatis, & bibatis super mensam meam in Regno meo? Respondetur, quod Beati in cælo non jurant, nec sicut amplius. Isa. 49. Siquidem Surges corpus spirituale, 1. Cor. 15. & sic non erit opus alimentis. Quocirca etsi pro indubitato admittant Theologi, quod sensus vitis, auditus, & tactus exercebant adus suos in cælo, de cæteris sensibus nihil certum habent. Non enim Regnum Dei est cæca, & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu Sancto. Rom. 14. 17. in quem locum ait S. Hieronymus. Hic manifestè monstratur, quoniam Regnum Cælorum cibum, & potum non habet temporalem; sed illic spiritualiter vivitur. Igitur edere, & bibere in Regno Dei intelligitur tropologicè, de satietate gloriæ, juxta illud Satiabor, cum apparuerit gloria tua. Psal. 16. 15. Et imbrabuntur ab ubertate domus tua. Psal. 35. 9. Quod bene explicat Emin. Card. de Laurea in 4. sent. tom. 4. dist. 21. de beatitudine corporum art. 8. & Matritius in Theol. Mor. dist. 25. num. 91.

Quod autem Vinum ex vite futurum esse Materiam consecrationis Sanguinis Redemptoris præfiguratum fuit in scriptura Sacra, non quidem ante tempora Noe; quia, ut scribit ipse S. Hieron. lib. 1. contra Jovinian. Ante diluuium nec fuit usus carnum, nec vetus padium uxorum, nec circumcisio, nec potus vini, & idè excusatur Noe ab ebrietate, cum bibisset vinum, nescius potentia, & efficacia illius. Gobat in Quinario de Ebrietate tract. 5. cap. 7. n. 14. Potè post Noe, legitur quod Melchisedech Rex, & Sacerdos obtulit panem, & Vinum Gen. 14. de quo S. August. Epist. 95. ad Innocent. Papam sic ait: Melchisedech prolatò Sacramento mensæ Domini, novit æternum eius Sacrosanctum figurare. Item cum Patriarcha Jacob benediceret filium suum Judam, dixit: Non auferatur sceptrum de Juda, & dux de femore ejus, donec veniat, qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium, lavabit in Vitis Stolas suam, & in Sanguine Vitis pallium suum. Gen. 49. 10. quod ressumens Tertullian. lib. 4. advers. Marcionem inquit: Stola, & pallium carnem demonstrat, & vinum Sanguinem; ita & nunc Sanguinem suum Vitis consecravit, qui tunc Vinum in Sanguine figuravit. Item vaticinans Isaias 63. 2. exclamavit: Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Quod de Vitis Calicis Eucharistia exponit S. Cyprianus. Sed & in Sacrificiis legis veteris non solum offerrebat panis Domino, sed etiam vinum, ut legitur Levit. 23. 13. Liba quoque vini quarta pars bin. Et num. 15. 5. Et Vinum ad liba fundenda ejusdem mensuræ dabit in holocaustum; & cap. 29. pluries præcipiuntur cum victimis offerri etiam libamina, id est Vinum, ut observat Julius Maurocenus in diti. Tract. Via della Fede parte 2. cap. 21. pag. 390. Qui cap. 51. ad pag. 930. advertit à Rabbiniis prohiberi cuiusque Judæo, nec bibat Vinum Christianorum, quod vocant יין יאירי Jain Hefsch, id est, Vinum libaminis, aut idololatriæ, in odium tum benedictionis, quam Christiani facere solent super vino. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti; tum Sacrificii incurrit Missæ. Subdit autem pag. 934. quod apud Turcas, ubi Judæi habent suos יין יאירי, Memunim, id est Gubernatores, & Judices, puniuntur etiam corporaliter, si bibant vinum Christianorum, & narrat de ipsis Judæis hanc lepidam annotationem: Quando succedet tra est qualche disparere (poichè nella loro usanza chi più grida, ad alza la voce, quello ha più ragione) per vituperarsi uno l'altro, rinfacciandosi i loro misfatti, dice uno all'altro: Che mi puoi dire? Che io abbia fornicato? adulterato? E' vero: ma non mi potrai dire che io abbia bevuto Vino Nescio. Da qui si comprenda in che conto sia tenuto tra gli Ebrei chi beve vino de' Cristiani, essendo tenuto tra essi per

C 3



iffcommunicato, & Idolatra, Reo di colpa maggiore, ebe quella della fornicatione, e dell' adulterio.

Sed revertamur ad ipsam consecrandi Sanguinis Dominicæ materiam, videlicet Vinum ex Uvis defæctum; aut etiam Mustum in casu necessitatis: cap. Omne crimen, 7. de Consecr. dist. 2. Quod quidem Vinum debet esse merum, aut ebullitum in Vinaculis cum aqua non excedente ejusdem Musti quantitatem, nam si aqua excedat, non censetur materia sufficiens. cap. Perniciosus, 13. de Celebr. Missarum. Emin. Card. de Lauræa d. disp. 18. num. 66. ubi concedit, æqualem quantitatem aquæ posse ebullendam in musto cum Vinaceis apponi. Sed ad evitandos scrupulos, aut nulla, aut pauca est aqua in Vino ebulliendo cum Vinaceis ponenda; quod advertere debent tum Parochi, tum Moniales, quibus incumbit, tempore vindemiæ, parare Vinum pro Missæ celebratione.

Sed numquid poterit Missam celebrari cum Vino miraculoso; idest non factio ex Vite, sed producto per miraculum ex aqua, quale fuit illud in Nuptiis Canæ Galilææ? Frequenter Sanctos homines signo Crucis convertisse aquam in Vinum legitimus in eorum Vitis, & exempla septuaginta narrat Bagatta de Admirandis Orbis Christiani tom. 1. lib. 4. cap. 2. §. 1. inter quæ pluries litatum esse affirmant cum ipso miraculoso vino; idcirco materiam aptam, & licitam illud fatentur Henriquez l. 8. c. 12. in princ. Gavantus in Rubr. Misf. part. 3. tit. 4. n. 1. & Quartus eod. tr. p. 3. tit. 4. dub. 11.

Quarta Resolutio. Est autem admittenda cum Vino paucissima aqua naturalis in Calice, tum ob exemplum Christi, ut habetur ex Liturgia S. Jacobi in tom. 6. Biblioth. Patr. ex S. Clemente Papa Primo in lib. 8. Constit. Apofl. cap. 17. ex Concil. Florentino in Decreto Fidei, & ex Trident. sess. 22. cap. 7. tum ob plurima mysteria, videlicet ad denotandum, quod ex latere Christi exiit Sanguis, & Aqua. Joan. 19. 39. & quod per mixtionem aquæ significantis populum (juxta illud Apoc. 17. 15. Aqua, quas vidisti, populi sunt) demonstratur unio populorum, idest Ecclesiæ in Christo, qui repræsentatur in vino. Casal. de Veter. Sacr. Christi. Ritib. cap. 10. De offer. lit. D. Et idem aqua benedicitur, antequam ponatur in Calice, non autem Vinum, nam Christus non eget benedictione, quemadmodum populus; cuius salus fieri non poterat sine sanguine Domini effusione. Item Aqua miscetur Vino in Calice, ut Divinitas, & Humanitas Christi in una persona conjunctæ esse inseparabiliter intelligantur; cap. 1. & 2. de Consecr. dist. 2. Durand. de Divin. offic. lib. 4. cap. 30. à num. 18. & segg. Eminentiss. Card. de Lauræa d. disput. 18. De Eucharistia art. 4. ubi num. 73. advertit cum S. Thom. 3. part. quæst. 74. art. 7. & Scot. in 4. dist. 11. q. 6. §. Ad secundam B. mixtionem Aquæ in Calice non esse de necessitate Sacramenti, neque ex Præcepto Divino, sed tantum ex Præcepto Ecclesiastico, ut ex Concil. Trid. sess. 22. cap. 7. ideoque Sacerdos sponte omittens mixtionem aquæ in Calice valide consecraret, sed reus esset mortalis culpæ; quod si ex oblivione omisisset, & recordaretur ante consecrationem, statim eam ponat; si post consecrationem, non amplius eam addat. S. Thom. 3. part. qu. 83. art. 6. ad 2. Rubr. Missalis, & ad eam Gavant. d. p. 3. tit. 4. num. 3.

Græci verò bis aquam miscent in Calice; femel frigidam, cum in prothesi (idest Altariolo) sancta dona præparant, pungente Sacerdote panem sancta lancea, & dicente: Unus militum lancealatus ejus aperuit, hincque exiit Sanguis & aqua, & Diacono infundente Vinum, & Aquam. Deinde calidam post consecrationem, immediatè ante Communionem, petente Diacono à Sacerdote, ut Aquam fervidam benedicat; illo verò benedicente his verbis: Benedicte fervor Sanctorum tuorum jugiter, nunc, & semper, & in secula seculorum, Amen. Tum Diaconus infundit in Calicem, dicens: Fervor fidei plenus Spiritus

Sancto, Amen. Et per eam intelligi volunt, tum fervorem sancti Spiritus, tum quod Aqua calida exiit à latere Christi. Ita Emin. Card. Bona Rev. Liturg. lib. 2. c. 9. n. 4. ex Goar, in notis ad Missam Christi. n. 167. & ex Arcudio lib. 3. sue concordie cap. 39. & Cafaluis cap. 91. pag. 394. ubi notat Innocentium Papam Quartum in sua Bulla incipiente. Sub Catholice; quæ in Bullario est XIV. decrevisse, tolerandum hunc morem aquæ calidæ.

Sed utrum Aquæ, quæ ante consecrationem Sanguinis miscetur cum Vino in Calice, fiat transubstantiatio in Sanguinem Christi? insignis est, & antiqua Quæstio, de qua tractant omnes Scholastici, & eorum Principes S. Thom. 3. part. qu. 74. art. 8. Scotus in 4. d. 11. qu. ult. nec non Canonice in celebri cap. Cum Marthe, 7. de celebrat. Missarum. Circa quam reperiuntur quinque opiniones. Una dicens, Aquam Vino in Calice admixtam converti in aquam, quæ de Christi latere exiit, Vinum verò in sanguinem. Altera, ipsam Aquam converti in humorem phlegmaticum Christi, supponendo, Aquam illam, quæ ex ejus latere exiit, non fuisse elementarem aquam, sed Phlegma. Tertia tenens, solum vinum converti in sanguinem. Aquam verò in Calice remanere inconvertam. Quarta, docens, Aquam in Calice prius in Vinum converti, deinde Vinum in sanguinem transubstantiari. Quinta, Aquam non converti in Vinum, sed tam Vinum, quam Aquam immediatè converti in Sanguinem Christi. Tres primæ opiniones reprobantur in d. cap. Cum Marthe 7. & in cap. In quadam 8. de celebr. Missarum. idè alteratio Doctorum versatur circa quartam, & quintam opinionem. Qui defendunt quartam, quæ etiam est communior, & probabilior, sic argumentantur.

Primò: Solum Vinum est materia consecrationis Calicis. Ergo si Aqua ei mixta in Calice non convertitur in Vinum, non potest consecrari in sanguinem. Antecedens patet tum ex Ecclesiæ canente, Fiteque Sanguis CHRISTI merum; tum ex Evangelio Non bibam ammodò de hoc germinis vitis; tum etiam ex cap. Firmiter. De Summ. Trinit. nec non de Decreto Unionis in Concilio Florent. atque ex Concilio Trident. sess. 13. can. 2. quibus in locis definitur, panem transire in Corpus, & vinum in Sanguinem.

Secundò: Si Aqua non converteretur in Vinum, sed maneret in propria substantia, & immediatè cum Vino converteretur in Sanguinem Christi, remaneret post consecrationem non solum species vini, sed etiam species aquæ. Sed hoc est contra definitionem Concilii Tridentini in d. sess. 13. can. 2. ubi terminat, post consecrationem remanere solas species panis, & vini. Ergo

Tertiò: Si Aqua in Calice non converteretur in Vinum, Eugenius Quartus, & Catechismus Romanus De Eucharistia. n. 17. non præciperent Sacerdotibus, ut miscerent modicam aquam, immò modicissimam. Sed de hoc uterque est sollicitus, igitur ob præconventionem aquæ in vinum.

Quartò: Innocentius III. in dist. cap. Cum Marthe, vocat probabiliorè opinionem dicentem, aquam prius in Vinum converti, & inde in Sanguinem, & nec verbum facit de opinione contraria, quod scilicet, aqua immediatè in sanguinem convertatur; Ergo

Quintò: Ex Conciliis, & Canonibus sufficenter deducitur, aquam misceri cum Vino in Calice non tamquam materiam consecrationis, quæ est solum vinum, sed solum per modum ejusdem cæremoniæ ad Mysticas significationes, de quibus supra. Ergo debet prius converti in Vinum, quod prædicatur in recto de materia consecrationis, ut & ipsa aqua convertatur in Sanguinem.

Sextò: Sacramentum Eucharistiæ institutum est à Christo in materia Panis, & Vini, de per se apta ad nutriendum corpus, ipsumque alendum, ut ab effectu cibi

eibis corporalis in corpore significaretur affectus spiritualis, qui ab hoc Sacramento fit in anima suscipientis. Ita Eugenius IV. in cit. Decret. Union. Sed Vinum valet nutrire corpus. Galen. lib. 3. de Alimen. facult. cap. 40. Grosius de cib. & pot. qu. 8. Baccius de Natur. Vini lib. 3. cap. 4. & 5. Eminent. Brancatius De potu Cæcolit. pag. 168. Aqua verò non est apta nutrire. Idem Galen. lib. 4. de usu partium cap. 5. Ergò Aqua immediatè non potest converti in Sanguinem Christi.

Septimò: Eodem modo asseritur à Conciliis, & Patribus Vinum esse materiam Eucharistiæ in Calice, ac Panem triticeum esse materiam Illius in Hostia, Sed si Hostia aliquid admiscetur, quod non sit panis triticeus, nullo modo convertitur in Corpus Christi. Ergo neque Aqua admixta Vino, nisi prius convertatur in Vinum.

Octavò: Si Aqua non converteretur in Vinum, sed immediatè converteretur in Sanguinem, sequeretur, Sanguinem exillere sub speciebus aquæ, non solum unitæ vino, sed etiam si ipsa species aquæ separarentur à speciebus Vini. Sequela probatur ex Concil. Trident. sess. 13. can. 3. ubi dicitur, In Venerabili Sacramento Eucharistiæ sub unaquaque specie, & sub singulis eiusque speciebus partibus, separatione facta, totum Christum contineri. Sed hoc non est dicendum; quia ex Conciliis, Sanguis Christi non est nisi sub speciebus Vini. Ergo

Nonò: Si Aqua immediatè converteretur in Sanguinem, posset apponi in magna quantitate in Calice contra text. in cap. Perniciosus 13. De Celebr. Missarum. Immo sola Aqua posset consecrari, quod est hæreticum. cap. 2. de Consecr. dist. 2. Ergo

Decimò: Confirmatur hæc opinio auctoritate Catechismi Romani d. num. 17. dicens: Ecclesiasticorum Scripturam sententia, & iudicio aqua illa in Vinum convertitur. & libri Sacerdotalis Romani part. 1. tract. 10. cap. 2. ubi ait: Aqua, quæ in Calice vino miscetur, debet esse in modicâ quantitate, quia tam in Vinum converti oportet.

Hanc opinionem amplexi sunt S. Thomas, S. Bonaventura, Scotus, Suarez, Vasquez, Azorius, Bonacina, & innumeri, quos numerat Colleg. Salmant. De Sacram. in genere tract. 4. cap. 4. n. 79. quibus ego addo Eminentiss. Cardinalem de Lauræa d. tom. 1. in 4. Sentent. de Eucharistia. disput. 18. art. 5. Martium in 4. disp. 3. q. 3. art. 1. & novissimè Agudium de Sacrament. Eucharistia. part. 4. cap. 2. n. 8. & 9. Nec non Emin. Cardin. Caplicium in suis Controversiis Theologicis selectis Controversia prima; in qua per 35. Paragraphos in foliis 152. tutatur hæc sententiam, & solvit argumenta contraria, mox referenda.

Porro Recentiores, qui tenent, nequaquam Aquam in Vinum converti sed positam in Calice remanere inconvertam, & in sua substantia, ideoque immediatè converti in Sanguinem Christi, sic argumentantur.

Primò: Sancti Patres absolute dicunt Vinum, & Aquam in Sanguinem Christi converti. Nempè S. Iulianus Apolog. 2. S. Irenæus lib. 4. contra Hæres. c. 57. S. Cyprian. Epist. 63. S. Ambros. lib. 4. de Sacram. cap. 3. Theodoret. Dialog. 1. circa medium. S. Paschasius De Eucharistia. cap. 11. & Algerius eod. tract. lib. 1. cap. 16. Ergo Aqua non convertitur in Vinum.

Secundò: Innocentius Tertius in cit. cap. cum Marthe. De celebr. Missarum. videtur hæc opinionem probare: asserit enim, Aquam cum Vino in Sanguinem transmutari, ut expressus eluceat proprietas Sacramenti, quæ est populum Christianum, designatum per aquam, incorporari Christi. At si Aqua vino mixta non converteretur immediatè in Sanguinem, non aptè significaret, populum Christo incorporari, & velut in ipsum transmutari. Ergo

Tertiò: Idem Innocentius Tertius ibidem videtur non asserit contrariæ opinioni, Nam Physici, in De Sacramento Eucharistia.

quit, contrarium asserunt, qui affirmant, aquam à vino per artificium separari; & infra absolute dederunt, esse probabile, Aquam, & Vinum converti in Sanguinem.

Quartò: Quia opus est longo tempore, ut Aqua mixta cum vino convertatur in Vinum. Sed hoc longum tempus non habetur, cum paulò ante consecrationem ponatur Aqua in Calice: Immo statim ante consecrationem potest infundi, si præcessit oblitio, juxta Rubricas Missalis. Ergo

Quintò: In Liturgia S. Jacobi legitur, quod Christus accipiens Calicem, & permiscens ex Aqua, & vino, benedixit. Ergo absque dilatione consecravit, & sic Aqua immediatè in suum Sanguinem fuit conversa.

Sextò: Si Aqua non converteretur immediatè in Sanguinem Christi, non verificarentur verba formæ, Hic est enim Calix Sanguinis mei, quando statim ante consecrationem imposita est Aqua, quæ non esset conversa in Sanguinem. Ergo

Septimò: Ulterius in elevatione Calicis populus adoraret Aquam remanentem ibi inconvertam, adoratione latræ. Quod esset error in fide.

Octavò: Item Sacerdos assumptus Sanguine non remaneret jejunos, propter aquam inconvertam, simul cum eo sumptam, & sic in die Natalis Domini non posset bis, & text. celebrare.

Nonò: Concilia, & Patres dicunt materiam Calicis esse Vinum de Vite. Sed Aqua, est prius convertetur in Vinum, dum ponitur in Calice, non esset pro sua portione Vinum ex Vite. Ergo vel immediatè convertitur in Sanguinem, vel neutro modo potest converti.

Decimò: Aqua est tenacissima sue naturæ, nam ad ignem applicata, non convertitur in ignem; sed resolvitur in vapores, qui remoto igne, permanent in prioræ aquæ natura. Sed ignis est præditus majori acivitate, & vi, quam vinum. Ergo aqua non convertitur à vino in vinum. Consequentia probatur; nam si quis continet immittere paulatim aquam in vinum; tandem reperiet, vinum esse corruptum ab aqua, & non esse amplius vinum, sed aquam, quod non eveniret, si priores guttæ aquæ, missæ in vinum, essent convertæ in vinum; siquidem per continuatam immisionem augetur quantitas vini, & non transcenderet vinum in aquam. Igitur itum aqua non convertatur in vinum, remanet in sua propria substantia, quamvis mixta vino, & sic immediatè transmutatur in Sanguinem Christi.

His, & aliis argumentis moti hæc opinionem sustinent Alan. cap. 13. Toletus in Summa lib. 2. c. 25. Coninch. tom. 1. de Sacrament. quæst. 74. art. 8. Cardinal. de Lugo disp. 4. sess. 3. ubi alios citat, videlicet, Pelantium, Scottiam, Præpositum, Aresium, Layman, quibus sodales adjungit Diana Coordin. tom. 2. tract. 1. resol. 208. decrepta ex part. 3. tract. 4. resol. 49.

Lector eligat ex his, quam mavult opinionem; 16 ego primam amplector; sed contrariis argumentis non respondeo, cum superabundè ipsis satisfaciatur Martius in 4. disp. 3. q. 4. art. 2. Emin. Card. de Lauræa d. tom. 1. de Euch. disp. 18. art. 5. per totum. Gonet. d. tom. 5. disp. 3. de Eucharistia art. 4. Collegium Salmant. in Cursu Theol. Mor. d. tom. 1. de Sacram. in genere tract. 4. cap. 4. n. 84. & segg. & novissimè Emin. Card. Caplicuchius in d. Controv. prima, in qua nihil intantum reliquit. Illud non videtur omittendum; clarum esse in bona Philofophia, modicam aquam mixtam vino in Calice, statim converti in vinum; siquidem modico Agens, & Patiens sunt similia generis, at dissimilia specie, Agens agit in passum contrarium, & istud statim corrumpitur, & facta ejus corruptione transformatur per generationem in ipsum Agens. Est doctrina Arist. 1. de Gen. & corrupt. text. 51. Porro Vinum, & Aqua sunt similia genere, quia liquida, C 4



da, & humida, at dissimilia, & contraria specie, nam Vinum est calidum, Aqua est frigida. Igitur cum minor Aqua miscetur cum majori Vino, istud agit in illam, & ab ipso corrupta, tamquam debilis, & divisa in minimas partes, per generationem transmutatur in Vinum. Sicut e contra si gutta Vini immittatur in magnam aquæ quantitatem, Vinum dividitur, & corrumpitur ab Aqua, & subinde transmutatur in Aquam. Ecce verba Aristotelis 1. de Generat. & corrupt. text. 88. *Abivorum autem, & passivorum quæcumque sunt facile divisibilia. Multa quidem paucis, & magna parvis composita non faciunt mixtionem, sed augmentationem dominantis. Mutatur enim alterum in Dominans. Ideo gutta vini decem millibus congiis aquæ non miscetur. Solutur enim forma, & mutatur in universionem aquam. Hinc est, quod Collegium Complutense, in Artium Cursu de gener. & corrupt. lib. 1. disp. 9. quæst. 1. n. 2. assignando conditiones necessarias ad mixtionem faciendam ex Aristot. eod. lib. text. 83. ait: Secunda est, quod licet miscibilia mutuo sint activa, & passiva, mobilis unum non debet nimis excedere alterum, sed in ea tam activitatis, quam resistentiæ proportione constitui, que sufficiat, ut simul corruptantur, & aliud tertium resultet. (Exempli gratia, ut loquar cum Juristis, de quibus ego sum; Si ex vino, & melle sic mulsam, aut ex auro, & argento electrum. S. si aurum 27. Infit. De Rer. div.) Et reddendo rationem sequitur dicens Collegium Compluten. ad propositum nostrum. Ratio est, quoniam si Vinum ex miscibilibus plus æquo dominaretur alteri traheret omnino illud ad propriam formam, & generaret aliud Individuum ejusdem speciei, ac proinde ibi non intercederet vera mixtio, sed nuda, & sola generatio. Nemo inficiabitur, Vinum in Calice plus æquo dominari aquæ ibi per celebrantem insuæ, respectu quantitatis, & activitatis. Per consequens, ut fatetur, oportet, aquam omnino trahi, ad propriam formam Vini, & converti in Vinum.*

18 Et ad comprobandum vini activitatem ob abundantiam spiritum ignitorum, quibus constat, me delectat transcribere quod de navigantibus ad Groelandiam, novamque Zemblam scribit P. Daniel Bartoli in Opusculo de Glacie, trad. 1. cap. 27. ex relatione Helmonis. *Balcones inquit, frigore preventi, vina cocta, alias generosa habebant congelata. Circulis ideo à cado adeptis, nudam vini glaciem, forma vase pristini sub dio exposuerunt, ut unica deinceps nocte residuum penitus congelaretur. Quo facta glaciem terebant, ac circa glacies centrum occurrebat liquor, colore Amethysti VINI MERUS SPIRITUS, & IGNEUS, vitalisque liquor, glaciari nescius. Glaciem itaque Vini liquantur ipsi bibebant, reddito sibi liquoris illius vitalis tantillo. Igitur si adeo ignei sunt spiritus Vini, ut in regionibus polaribus, in quibus condentur frigore totus Oceanus, ipsi resistent, nec gelu extinguantur, quanta erit eorum activitas in trahenda modicissima aqua ad naturam Vini?*

Negue obstat, quod dictum est in ultimo argumento; continua immisione aquæ in vinum corrumpi ipsum vinum, & fieri aqueum; Si quidem procedit, nam, omne agens physicum in agendo debilitatur, & repercutitur a contrario; idcirco vinum quantum magis agit convertendo aquam, eò magis debilitatur, consumendo suos subtiliores, & activiores spiritus; quibus amissis, non potest se in pristinum statum reducere; ut patet de calore naturali animalis, quantum enim magis cibum in substantiam aliti convertit, tantò plus etiam virtus ejus debilitatur, & tandem deficit; ut in puncto docet Aristot. d. lib. 1. de gener. & corrupt. text. 42. & ibi Silvest. Maurus tom. 3. n. 7.

19 Corollarii loco, antequam terminetur hoc Quæsitum, cum supra dictum sit, à Græcis post consecrationem, & immediatè ante communionem infandi modi-

cam Aquam calidam in Calicem, & misceri cum Sanguine Christi; interrogabit aliquis, convertiturne ipsa aqua in Sanguinem Christi? Huic interrogationi satisfit Mensæ Julio in secundo Quæsito. Interim respondetur, prædictam Aquam calidam non mutari in Sanguinem Christi; sed converti in substantiam vini, & ibi remanere tamquam vinum. Lestius in 3. part. D. Thom. quæst. 77. art. 3. n. 15. vel quia in speciebus consecratis manet virtus ad agendum, sicut agerent si retinerent substantiam vini, juxta doctrinam D. Thomæ 3. part. quæst. 77. art. 8. quam explicat Aretinus in 4. disp. 12. quæst. 4. art. 7. Vel quia eadem aqua convertitur in vinum immediatè à Deo in ratione Agentis universalis, suppletis defectum naturæ, non novo, sed antiquo miraculo, quo decrevit, circa species consecratas Eucharistiæ, permittere, eas omnes mutationes fieri, quæ fierent, si adesset panis, & vini substantia, ad occultandum miraculum tanti Sacramenti, juxta doctrinam Scoti in 4. disp. 12. quæst. 4. lit. F. S. Si ergo quæras, ut advertit Maltrius in 4. disp. 3. quæst. 16. n. 93. Et hæc de secundo Quæsito.

DECISIONIS XIII.

Ad Martii primum Casum.

ARGUMENTUM.

Proponit, an celebrata prima Missa in nocte Natalis Domini, licitum sit profæqui celebrationem aliarum duarum Missarum, & communicare populum ante Auroram? Explicatur, in primitiva Ecclesia fuisse in usu Missas diurnas, & vespertinas. Item plures di Polyliturgicos; in quibus ab uno Sacerdote plures Missæ celebrabantur. Mystera triplicis Missæ in Nativitate Domini exponuntur. Tandem ad casum propositum datur negativum responsum ex rationibus à Jure Canonico desumptis, & ex Decretis Sacrorum Rituum Congregationis 20. Aprilis, & 7. Decembris 1641.

SUMMARIUM.

- 1 Missæ de mane, & de sero celebrantur in primitiva Ecclesia.
- 2 Missæ Vespertina quibus diebus dicebantur?
- 3 Polyliturgici dies, qui essent, in quibus ab uno plures litabatur.
- 4 Missæ tres ab eodem sacerdote celebrantur in diebus Nativitatis Domini, S. Joannis Baptistæ, & S. Laurentii.
- 5 Missa unica in die hodie est celebranda à quovis Sacerdote.
- 6 Celebrans plures in die peccat mortaliter, & est puniendus ab Episcopo pœna arbitraria, sed gravi.
- 7 Sacerdos, qui Patavii bis in die celebravit ex avaritia, fuit ad vires per biennium condemnatus anno 1660.
- 8 Sacerdos condemnatus ob Polylitigationem efficitur infamis, & irregularis.
- 9 Regularis bis celebrans in die, potest puniri ab Episcopo.
- 10 Sacerdotes celebrantes bis in die sunt suspecti de heresi, & possunt puniri ab inquisitoribus.
- 11 Ter celebrat quisque Sacerdos in Natali Domini ob plura mysteria.
- 12 Qui in Natali Domini vult unam tantam Missam dicere, nulli facit, sicut tertiam, quia concordat cum officio.
- 13 Missa una, & non tres, est de præcepto audienda in Natali Domini.
- 14 Missa tres post mediam noctem de Natali Domini, an

an continue possint dici? Affirmant plures, sed negativa est tenenda. n. 15.

- 16 S. Congregationis Rituum Decreta habent vim legis.
- 17 Legum Papalium, & Decretorum S. Congregationis sufficit publicatio facta Romæ.
- 18 Legum Papalium validitatem non derogat inobservantia, nisi sit cum ejus scientia, & tolerantia.
- 19 Decretis S. Congregationum Cardinalium non creditur, nisi exhibeantur in authentica forma.
- 20 Decreta S. Congregationis, quod nocte Natalis Domini non liceat celebrare secundam, & tertiam Missam neque populum communicare.
- 21 Tres Missæ in nocte Natalis Domini ob plures rationes non sunt celebrande.
- 22 Mulierum consorium semper periculosum.

PRIMUM CASUS.

1 **P**rochus celebrat primam Missam in nocte Nativitatis Domini statim post mediam noctem. Deinde incipit recitare, & communicare Parochianos suos, qui ad Nocturnam Missam conveniunt; & Capellanus profæquitur in eadem nocte (sua tres Missas celebrare: quibus completis, Prochus secundam Missam celebrat per duas horas ante Auroram. Queritur: An licitè hæc omnia fiat? Ad ornatum hujus.

Tria sunt præmittenda. Unum: In primitiva Ecclesia fuisse in usu Missas diurnas, & vespertinas, quæ celebrantur tum de mane, tum de sero, vel exemplo Synagoge, quæ matutinum, & vespertinum Sacrificium offerebat; quamvis enim Mosæ Sacrificia cessassent, fideles, qui erant ex circumcissione, non statim veterum rituum poterant oblivisci, ut considerat Emin. Card. Bona Rev. liturg. d. lib. 1. cap. 21. n. 3. Vel quia, gliscitibus tyannorum persecutoribus, cogerentur Christiani potius de nocte, quam in die Divina Officia canere, & in Altaribus incruentum Sacrificium litare. Tertullian. de Corona Milit. cap. 3. & S. Cyprian. Epist. 63. ad Cecilium. Eminent. Cardin. Baronius Ann. 257. n. 11. & Emin. Card. Brancatius in dissert. de Privileg. Cap. 6. quæ de causa ipsi fideles appellabantur Antileucani, Lateprosi, & genti Lucifugæ, ut loquitur ad Trajanum scribens Plinius lib. 10. Epist. 97. Porro post Constantini Imperatoris conversionem ad fidem, & pacem additam Ecclesiæ, etsi statutum fuerit, ut celebraretur Missa de die, & non de nocte, quia est sacrificium gratiæ, significatum nomine diei, juxta illud, Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Rom. 13. 12. & advertit Francisc. Leo Theaur. for. Eccl. part. 3. cap. 4. n. 64. Nihilominus servatus fuit usus plurium Missarum Vespertinarum, videlicet in Feria Quinta Cœnæ Domini ob exemplum Salvatoris, in Sabbatis ante Dominicam Resurrectionis, & Pentecostes, in quarum Vigiliarum Missis tum in Præfatione, tum inter Communicantes retenta sunt illa verba: *Hanc sacramentalem noctem. Navar. de Orat. cap. 3. n. 42.* Item in Quadragesima, in Sabbatis quatuor temporum, & in aliis diebus jejuniorum de præcepto, in quibus sacrificium Missæ deferretur post horam diei nonam, idest ad ultimam partem diei, & occasum solis, ob præceptum jejunii, ad cuius observantiam cibus non sumebatur à fidelibus, nisi in Vespere; de qua cœcinit Prædicatorius (qui vivebat Anno 390.) Hymn. post Jejun. qui est VIII. quotidian.

*Nona submissum rotat hora solem, Partibus vix dum tribus evoluit. Quarta devevo superest in axe Portio lucis.*

Non brevis voti dape vindicata Solvitur solum, frumurque mensis Affatim plenis, quibus subnatur Prona voluptas.

Nec non S. Paulinus Nolanus Episcopus (qui ex Card. Baronio tom. 5. annal. obit anno 431.) inter sua poemata in illo de Nat. 7. S. Felicis: ita *Notis eum morem, quod jejunare solemus Ante diem, & sero, libatis Vespere sacris, Quisque suas remeare domos.*

Item testatur S. Ambrosius, sacris illis vatibus senior (vivebat enim anno 374) explicans enim Psal. 118. vers. 62. ait: *Indignum est jejunium, cave ne negligas. Et si te fames quotidianum cogit ad prandium, tamen celesti magis te sero convivio. Non epule parate extorqueant, ut celestibus sit vœvus Sacramentis. Differ aliquantulum, non longè est finis diet: imò plerique sunt ejusmodi dies, in statim meridianis horis adveniendum sit in Ecclesiam, canendi hymni, celebranda oblatio. En quod in diebus jejuniorum Missa celebrabatur in occasu solis, & solum Missa completa, & recepta communione sacra fideles precedebant ad prandium. cap. Solut. 50. de Consecr. dist. 1. & pluribus ex antiquis allegatis Auditoribus probant Casalius de Veter. Sacri. Christian. ritib. c. 9. pag. 70. & Emin. Card. Bona d. lib. 1. cap. 21. n. 6. & 7. ubi docet: durasse hanc Ecclesiæ laudabilem consuetudinem usque ad duodecimum sæculum, in quo pristina severitate paulatim relaxata, mollior successit disciplina: & ne proflus vetustas veneranda extingueretur, præscriptum fuit tempus pro celebrandis Missis solemnibus in Choro, ita ut illud esset referendum non amplius ad horas planetarias, sed ad horas Canonicas; ut legitur in Rubric. Missal. S. 13. videlicet: *Missæ conventuales solemnibus sequenti ordine dici debet. In festis dupplicibus, & semidupplicibus, in Dominicis, & infra octavas dicta in Choro hora Tertia, festis simplicibus, & feriis per annum dicta Sexta. In Adventu, Quadragesima, Quatuor temporibus, & Vigiliis, quæ jejunantur post Nonam. Stant Horæ nominetenas, & cum relatione ad Horas Breviarii; nam Horæ celebrandi antiquitas, Tertia, Sexta, & Nona importabant medium manè, meridiem, & ultimam partem diei. Francolin. de Horis Canonic. cap. 34. Emin. Bona d. lib. 1. & Divina Psalmodia cap. 3.**

Alterum præmittendum est, fuisse in Ecclesia per plura sæcula quosdam dies Polyliturgicos, in quibus ab uno Sacerdote plures Missæ dicebantur, sicut hodie fit in die Natalis Domini. Hinc Leonem Papam III. septem quoque, imò & novem Missas una die celebrasse ex Walfrido Strab. cap. 21. refert Card. Baronius tom. 9. Annalium Ann. 816. Sanctum Uldaricum Episcopum Augustanum bis, & ter in eadem die litasse scribit Berno Augien. in ejus Vita. Idem de S. Norberto, & de S. Alberto Monaco testatur Surius, & de S. Libentio Episcopo Bremensi Kranzius lib. 4. cap. 11. Alia exempla congerit Eminent. Card. Bona d. lib. 1. cap. 18. n. 5. & 6. ubi authenticis testimoniis ostendit, solitum fuisse celebrari duas Missas prima die Januarii, unam de Octava Nativitatis, alteram de S. Maria. Tres in feria quinta Cœnæ Domini ab Episcopo, quarum prima erat pro reconciliatione Penitentium; secunda pro conficiendo Chriftmate; tertia serotina de ipsa diei solemnitate, cum Oratione Deus, à quo & Julus. Duas in Vigilia Ascensionis. Duas in quatuor temporibus Pentecostes. Item multiplex Sacrificium fiebat in Natalis Sanctorum; videlicet die 20. Januarii. Unum pro S. Fabiano, alterum pro S. Sebastiano. Die 3. Maji Unum de Inventione S. Crucis, alterum de SS. Alexandro, Eventio, & Theodulo. Die 28. Junii Unum de S. Leone, aliud de Vigilia Apostolorum; & hæc die in libro Sacramentorum S. Gregorii edito ab Hugone Menardo, ante secundam Missam exact hact



hæc nota: Quando Apostolicus duas Missas celebrat una die, inter eas non lavat os, nisi post officium, sed absque intervallo, finita priore incipitur alia; nimirum ut jejunus celebret; quod servabatur semper a Sacerdotibus, quodcumque pluries in eadem die Sacramentum faciebant. Sic etiam Papa in die Apostolorum bis olim celebrabat, semel in Basilica S. Petri, & iterum in Basilica S. Pauli, ut patet testatur Prudentius Hym. 11. de Coronis.

Aplice per bifidas plebs Romula funditur plateas.

Lux in duobus seruet una festis.

Transyberina prius solvit sacra pervigil Sacerdos.

Mox huc recurrit, duplicatque Vota.

4 Tres missæ pariter dicebantur in die Nativitatis S. Joannis Baptistæ, & in die S. Laurentii, ut notat Emin. Card. Baron. ad Martyrol. die 24. Junii. Casalius d. cap. 9. pag. 71. & in Notabilib. pag. 399. & Emin. Card. Bona d. lib. 1. cap. 18. n. 7. Vers. Postrema; Sabbatis bis in die solitum celebrari ab uno Sacerdote, si præter Missam de Sancto, litare oporteat pro aliqua necessitate, aut pro defuncto sepeliendo, juxta text. in cap. Sacramenta Altaris. De Consecr. dist. 1. à quo secunda Missa vetatur, si Sacerdos non sit jejunus, ergo contra permissa erat, si jejunum non dum fregerat. Gloss. in c. Sufficit. 53. Verb. alterum, de Consecr. dist. 1. Item alia Glossa in cap. Consulisti 3. in Verb. Necessitatis de celebr. Missar.

5 Cæterum, excepta solemnitate Natalis Domini, (de qua infra) hodie non licet celebrare Missam, nisi semel in die. d. cap. Sufficit, de consec. dist. 1. c. Consulisti 3. & cap. Te referentis 12. De celebr. Missar. in quibus iuris Verbum Sufficit stat taxative ad unam Missam in die tantum Gloss. in cap. Statutum. Vers. Canonici, & ibi Geminian. De Rescript. Abb. in cap. fin. num. 3. de Sponsal. Roman. in l. Cum mulier. ff. soluto Matrim. Et cum dicta Jura sint inserta in corpore Juri Canonici, habent vim legis obligantis, adeo ut si quis Sacerdos hæc temporibus bis, vel pluries in die Missam celebraret (exceptis casibus necessitatis, quos referunt Card. Tolet. in Summa lib. 2. cap. 3. & alii apud Pasqualig. De Sacrific. nove legis à Quæst. 371. qui tamen non sunt in usu) & peccaret mortaliter, S. Thom. 3. part. qu. 83. art. 2. ad prim. Valquez disp. 233. cap. 5. n. 42. Suarez de Euch. disp. 80. sect. 3. & esset graviter puniendus ab Episcopo pœna arbitraria, sed gravi; attenda qualitate personæ, notorietate scandali, vel avaritia delinquentis. Diaz in Praxi Crimin. cap. 35. n. 2. Menoch. de Arbitrar. cap. 407. n. 51. Genuent. in Praxi Neapol. cap. 64. n. 2. Pignatell. tom. 4. consulti. 1. ubi eruditè demonstrat, aliquando sufficere pœnam pecuniariam; sed ut plurimum, cum hæc polylicitatio committitur ob avaritiam, cum populi scandalo, & cum violatione duplicis Præcepti, videlicet de non bis celebrando, & de non assumendo Sacramentum per non jejunium; pœna debet esse vel exilii cum poenitentia salutaribus, vel carceris, vel etiam triennium, ut prædictum fuit hic Patavii anno 1660. dum ego officio Promotoris Ficalis in hac Curia junior frunger; contra Presbyterum advenam, qui celebraverat in Ecclesia Monialium S. Annæ, deinde statim venit ad Ecclesiam Cathedralè; ubi eodem die iterum celebravit, & ab assistantibus accusatus, carceratus, confessus, & convictus, fuit per biennium ad trimeses condemnatus ex doctrina Supradictor. DD. quam laudat Pignatell. d. consulti. 1. qui n. 7. & 8. cum Theaur. de Pœnis verbo Missa cap. 5. n. 4. bene notat talem, condemnationem effici infamem infamia Juris, cum omnis injuria contra Religionem sit delictum publicum. Jul. Clar. §. fin. in princ. quæst. 1. quod infamat, sequuta sententia condemnatoria. Angel. in Summa Verb. Crimen, qu. 6. Silvest. cod. Verb. quæst. 3. Sanchez opusc. Moral. lib. 6. cap. 3. dub. 6.

num. 14. Et per consequens ita condemnatus efficiatur irregularis ob infamiam, tum ex crimine contra Religionem, tum si celebrasset bis ob pecuniam, ex Simonia; adeo Episcopus non possit super tali irregularitate dispensare, ut contra Salzed. ac Diaz. cap. 146. in fine tenet Theaur. ubi supra. & Pignatell. ibid. n. 8. Qui ulterius notabiliter n. 9. advertit, Episcopum posse punire hujusmodi delinquentem etiam esse Regularis vigore decreti S. Concilii Trid. sess. 22. de Observ. & evitan. in celebr. Missar. Idcirco cum hoc anno quidam Regularis exterius agens, bis in die celebrasset in hac Diocesi Patavina in agris Attestinis, fuit captus à Villanis, & ductus in carceribus Potestatis illius Terræ, qui scriptis ad Excessum Consilium Decem Serenissimi Domini Venetiarum, & ab eodem Piissimo, & Supremo Magistratu fuit rescriptum, ut Reum transmitteret huic Curia Episcopali puniendam; prout factum fuisse, si nosse antecessenti fratri Carceribus non effugisset. Neque est omitterendum, quod hi delinquentes, cum fumant Corpus, & sanguinem Domini secunda vice non jejunii, redduntur suspecti de hæresi, idè quia recentes hæretici docent, consultius esse sumere Eucharistiam post susceptum cibum. Chilton lib. 2. De offic. Miss. contra Luther. cap. 20. ac proinde ob hujus hæresis suspicionem possunt puniri ab Inquisitoribus fidei. Alphons. de Leone de offic. & potest. Confess. resol. 22. Trautner. lib. 3. de Polygam. quæst. 2. n. 55. & Pignatell. d. tom. 4. consulti. 1. n. 9.

6 Tertium tandem præmittendum adnotatum hujus casus est, quod in Solemnitate Natalis Domini Nostri JESU CHRISTI licet cullibet Sacerdote celebrari, primò in media nocte, secundo in Aurora, & tertio in die juxta morem universalem Ecclesie, concedentis hæc trinitas in die celebrationis Sacerdotibus, qui in nocte, aurora non celebraverunt. cap. Noctæ sancta 48. de consecr. dist. 11. Et hoc ob infrascripta Mytheria. Primò ad denotandam Redemptionem, (ad quam faciendam Filius Dei Incarnatus, & natus est) illorum, qui fuerunt tempore legis naturæ per primam Missam in media nocte, representativa spiritualium tenebrarum illius status; tempore legis scriptæ, quæ aliquam Dei cognitionem majorem attulerat, expressam in Missa secunda, aurora splendens; & tempore legis gratiæ, in qua summam Dei notitiam habemus, significatam in Missa tertia, quæ canitur in die. Ita Glossa in cit. cap. Noctæ sancta, ubi ponit hos verus.

Noctæ prior, sub luce sequens, in luce suprema. Sub Noe, sub David, sub Cruce Sacra Ito.

Secundò, dicuntur tres Missæ propter tres Nativitates Christi, scilicet, Æternalem, Spiritualem, & Temporalem. S. Thom. 2. part. quæst. 83. art. 2. ad 2. Prima Missa significat Nativitatem, quam habet Filius Dei ab æterno; idè Introitus incipit, Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te, ubi ly Hodie importat Æternitatem, in qua omnia sunt Deo presentia, & hæc nobis est obsecra juxta illud Generationem ejus qui enarrabit? Istei. 53. 8. Idcirco canitur in media nocte. Secunda Missa denotat Nativitatem Christi Spiritualem, quæ fit in cordibus nostris per illuminationem gratiæ divinæ, juxta illud: Et lucifer oritur in cordibus vestris. 1. Pet. 2. 20. quare cantatur in Aurora, & incipit Introitus Missæ Lux fulgebis hodie super nos. Tertia Missa innuit ejus Nativitatem Temporalem quæ manifestata est omnibus gentibus, idè celebratur in die, hora tertia, & incipit Introitus Missæ Puer natus est nobis, & filius datus est nobis. Cæterum Card. Toletus dist. lib. 2. cap. 3. n. 3. ait, primam Missam in nocte potius significare Nativitatem Christi Temporalem, idè in ea legi Evangelium partus Virginis, cujus Impleti sunt dies, ut pateret, & peperit

perit Filium suum primogenitum. Luc. 2. Tertiam vero Missam denotare Nativitatem Æternalem. Idcirco in ea legi Evangelium S. Joannis In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Et quia Missa secunda innuit Nativitatem Spiritualem; legitur Evangelium, in quo Pastores, admoniti per Angelos, Venerunt festinanter, & invenerunt Mariam, & Joseph, & Infantem positum in Preslepio. Luc. 2.

Tertio, alia Mytheria harum trium Missarum refert Durandus in Ration. divin. offic. lib. 6. cap. 43. à n. 19. & seq. quem devoti adeant. & Quartus in Rubr. Missal. part. 1. tit. 15. n. 4. nec non Gloss. in cit. cap. Consulisti 3. de celebr. Miss. ubi hæc alia carmina.

Tres in Natali debent Missæ celebrari; Quamvis Prima Sacram Christi signat genturam; Altera venturi designat gentia Christi.

Tertia jam factum, quod lex fore Sacra figurat.

Et referuntur etiam à Macro in Hierolexic. Verb. Missa Nativitatis Domini, ubi eadem Mytheria recolligit; & Gavant. in Rubr. Missal. part. 4. tit. 3. n. 8. qui n. 5. notat, quod celebratur primam Missam in media nocte, debet esse jejunus ex quadam congruentia saltem per sex horas ante celebrationem; & n. 6. advertit, quod qui ex his tribus unam tantum Missam vult celebrare, potest eam pro arbitrio eligere, melius tamen faciet tertiam celebrando, cujus oratio concordat cum officio. Demum & illud notandum, quod qui celebrat singulas tres Missas debet abstinere à purificatione fingula in prima, &

12 secunda, ne frangat jejunium. Gavant. ibid. Fideles autem non tenentur de præcepto audire ipsas tres Missas, sed unam tantum. Nald. in Verb. Miss. num. 10. Silvest. cod. Verb. 2. n. 1. Vers. 7. Barbof. in cap. Consulisti 4. de celebr. Missar.

13 His præcognitis deveniendo ad Resolutionem casus, dictum fuit ex communione opinionum Doctorum, post celebratam primam Missam in media nocte Natalis Domini, licitum esse prosequi celebrationem Missarum; & communicare fideles adstantes. Diana part. 10. traç. 12. resolut. 58. quæ reposita est in Coordinato tom. 2. traç. 1. res. 99. in qua allegat tringenta sex auctores Theologos, & Canonistas ita sentientes: quibus addi possent Commentatores quatuor in Rubric. Miss. videlicet Gavant. d. part. 4. tit. 3. n. 6. Quartus d. part. 1. tit. 15. dub. 7. Castaldus lib. 3. sect. 2. cap. 4. n. 2. & Bauldry part. 4. cap. 2. n. 32. Et ultra prædictos etiam Arnaud. in Epitome Theaur. Sacr. Rit. d. part. 4. tit. 2. sub n. 2. & Volpi in Verb. Eucharistia resol. 62. n. 8. 9. & 10.

14 Porro contrarium est resolvendum, non solum ex sententia Auctorum ita docentium, videlicet Ugolini de Potest. Episc. cap. 16. n. 6. Navar. in Summa cap. 25. n. 87. Miranda in Manuali Prælator. par. 1. quæst. 40. art. 8. concl. 2. Silvest. Angel. Tabien. Arm. Verb. Missa, & alii relati à Diana part. 2. traç. 14. resol. 25. Sedente in Coordinato tom. 2. traç. 1. res. 98. eam rationem allegantiam, quod in prima Missa habetur in Canone Communicantes, & Hanc Sacramentum nostrum celebrantes, sed etiam ex Auctoritate S. Rituum Congregationis, quæ de hoc casu interrogata die 20. Aprilis 1641. & die 7. Decembris ejusdem anni, auditis Procuratoribus, & Advocatis Regularium afferentium licere, respondit, non licere, & id esse prohibendum tam Sacerdotibus celebrare volentibus, quam communicantibus in media nocte ad Ecclesiam, & communicantibus deprecantibus Lantufca in Theat. Regul. Verb. Missa, & Pignatell. tom. 7. consulti. 25. ubi extensa sunt ejusdem S. Congregationis Decreta, quæ habent vim legis, & obligationem inducunt in utroque foro. Barbof. de Jure Eccl. Univ. lib. 1. cap. 4. n. 83. late Fagnan. in cap. Quoniam, De Constitutionib. Idem Pignatell. tom. 2. consulti. 43. n. 8. & tom. 5. consulti. 5. num. 30. Ad den. ad Barut. decis. 479. n. 21. Quæ quidem do-

ctrina habet locum circa quascumque Emin. Cardinalium Congregationes, ut dixit Rota in Metrop. Abbatia 19. Junii 1628. coram Dunozet. & Nicol. Lucub. Cap. in Proven. n. 13. Idcirco concludendum est, ut diximus, neutrum licere, ex his, quæ proponuntur in casu; quia omnia sunt prohibita. Bisius in Hierurgia Sacra lit. M. n. 242. §. 2. ubi subdit, quod Mendo in Epitom. Verb. Eucharist. num. 9. ait, in Praxi hoc Decretum non observari, id quod forte non sit sufficienter publicatum; Sed videtur merum diffugium, quia circa publicationem, quamvis ea sit necessaria, ut lex obliget in omnibus Provinciis ex Soto de Justit. & Jur. lib. 1. q. 1. art. 4. Angel. Verb. lex, num. 13. & Navar. in Man. cap. 23. num. 44. Nihilominus in legibus Pontificiis, & Ecclesiasticis, qualia sunt Decreta S. Rituum Congregationis, atque Concilii Tridentini, sufficit publicatio facta Romæ, quæ est Metropolis totius Reipublicæ Christianæ, in qua omnes ferè nationes mundi commorantur, & à quibus notitia Decretorum Papalium, & SS. Congregationum ad suas regiones defertur. Baldell. de Legib. lib. 5. disp. 17. num. 1. Suarez de Legib. lib. 4. cap. 15. num. 3. Reginald. lib. 13. num. 155. & Bonacin. disp. 1. de Legibus q. 1. punct. 4. num. 16. §. Responso tertio. Et in specie de Declarationibus S. Congreg. Emanuel. 99. Regul. tom. 1. q. 11. art. 1. & 2. Barbof. de Jure Eccl. Univ. lib. 1. cap. 4. n. 83. Quod si dicerei Mendo præcatur, hanc declarationem S. Congregationis non esse in usu; & contrarium à Sacerdotibus, & Parochis secularibus, ac Regularibus observari, adhuc replicabitur, non observantiam Decretorum, & Constitutionum Summi Pontificis non derogare validitatem eorum; nisi sit cum scientia, & tolerantia ipsius Papæ. Abb. in c. ult. n. 4. de Treuga, & pace. Felin. in cap. 1. n. 13. ed. tit. Rota coram Card. Cavalier. decis. 77. n. 3. & decis. 91. n. 8. & 9. Fagnanus in cap. Monachi n. 75. ubi plures DD. & decisiones Rotaales cumulat, de Statu Monachor. Et in cap. 1. à n. 47. usque in finem de Treuga, & Pace. Baldellus dist. lib. 5. disp. 18. n. 5. Rota post Dianam Coordinatum tom. 8. decis. 8. & decis. 11. Et novissimè Emin. Card. de Luca in Theatro Veritatis traç. de Parochis discurs. 22. n. 6.

15 Potior objectio esset, tamquam magis juridica, adversus ipsa Decreta S. Congregationis, quod non sint in forma authentica, cum sigillo, & subscriptione Cardinalis Præfecti; ideoque non esse sic credendum juxta S. Congregationis Concilii declarationem, jussu Urbani Octavi factam die 2. Augusti 1631. de qua Barbof. d. lib. cap. 4. n. 83. & juxta ejusdem Sacræ Rituum Congregationis consimile Decretum diei 11. Augusti 1632. in quibus de mandato ejusdem Urbani Octavi statutum est, fuisse Declarationibus tam circa Ritus, quam circa Concilii Interpretationem, five impressis, five manuscriptis, nullam fidem adhibendam esse, tam in judicio, quam extra, nisi solis illis, quæ in authentica forma, solito sigillo, & subscriptione Emin. Card. Præfecti, ac Secretarii ejusdem Congregationis pro tempore existentium munitæ fuerint. Nicol. in Lucubrat. Civil. tom. 1. lib. 1. tit. 10. n. 76. quo loco subdit, ab Innocentio Decimo die 30. Julii 1652. statutum fuisse, Declarationes Sacræ Congregationum exhibitis in supradicta forma probantibus, habere vim legis, & ab omnibus, & singulis esse inviolabiliter observandas; quod fieri desiderabat Diana part. 4. traç. 2. resol. 96. in fine. Et part. 11. traç. 8. resol. 53. quæ prima locata est in Coordinato t. 6. traç. 1. resol. 22. Secunda verò ibid. resol. 24.

16 Decreta autem prohibitoria casus nostri, relata totum à Lantufca, tum à Pignatello, sunt tenoris sequentis.

Pisaurum. Patres Sancti Caroli, Congregationis Clericorum Regularium.



Regulatum, petierunt responderi. An liceat in nocte Nativitatis Domini, post cantatam primam Missam, aliter duas immediate celebrari, & communicare fidelibus? Et Sacra Congregatio respondit, nullo modo licere, sed omnino prohiberi. Die 20. Aprilis 1641.

Aliud

Cum Superioribus diebus consulta hac Sac. Rituum Congregatio, an esset permittendum celebrari in media nocte Nativitatis Domini, post Missam decantatam, successisset aliam duas Missas, & in eis Sacram Communionem exhibere fidelibus, illam deinceps prohiberi, non esse permittendum; sed omnino utrumque prohiberi: nihilominus nonnulli Regulares, effertentes hoc licere, supplicarunt audiri. Et S. Congregatio, ipsis auditis, cum Procuratoribus, & Advocatis, ad relationem Eminent. Palotti, stetit in Decreto, & respondit iterum prohibendum tam Sacerdotibus, celebrare volentibus, quam concurrentibus in media nocte ad Ecclesias, & Communionem deinceps. Die 7. Decembris 1641. Quorum Decretorum duplicata expedita fuerunt die 9. Augusti 1653.

C. Episc. Holim. Card. Medic. Praef. d.

Loco & Sigilli.

Bern. Roccus S. Rit. Congr. Secr.

In Regist. fol. 144.

Hæc Decreta, à me reperia penes duos supra allegatos Auctores, fatis me suam faciunt, non esse apocrypha, sed vera, & ideo eorumdem observantiam amplectendam esse, tantò magis, quia eis etiam circumscriptis, opinio contraria caret ratione, siquidem ad celebrandas tres Missas, post medium illius Sandæ Noctis, opus est duplici dispensatione, una, ut quilibet Sacerdos possit ter celebrare, altera ut celebratio fiat tempore nocturno; utrumque enim est prohibitum de Jure communi, & de Universalis Ecclesiae consuetudine dicitur. cap. Sufficit. de Consecr. dist. 1. cap. Consulisti 3. & cap. Te referentis 12. De celebrat. Missar. Concil. Trident. sess. 22. cap. Quarta, ubi Caveant ne Sacerdotes alius, quam debitis horis, celebrent. S. Pius V. in sua Const. 4. Et Rubricæ Missalis tit. 15. n. 1. & n. 4. ubi in specie præscribitur tempus celebrandi dictas tres Missas in Nativitate Domini, videlicet Prima dicitur post mediam noctem; Secunda in Aurora; Tertia vero in die. Modò Thelephorus Papa concessit privilegium singulis Sacerdotibus, & dispensavit, ut in Nativitate Domini celebrent tres Missas cap. Noctis Sanctæ 48. de Consecr. d. 1. Sed quia non dixit intentu, quòd de nocte ipsæ tres Missæ possint celebrari, recurrendum est ad universalem consuetudinem, à qua Privilegium recipit interpretationem. cap. Quod dilectio. De consanguin. & Affinit. Rota part. 3. recent. decif. 29. n. 2. Card. Mant. decif. 320. num. 5. Porro consuetudo universalis est, ut prima Missa in nocte; Secunda autem in Aurora, servato silentio, & proscriptis celebrationibus, tempore nocturno percurrente inter has duas Missas. Ergo ab hac consuetudine interpretativa non est recedendum. Probus ad Monachum in Rubric. de Privileg. n. 5. lib. 6. Neque relevat, si aliqui Regulares, vel alius Sacerdos contrarium observasset, quia cum eorum observantia sit diffinis ab usu Ecclesiae universalis, non est attendenda, ex doctrina Bartoli in l. 2. n. 22. ff. Solus. Matrim. Rota coram Merlino decif. 99. n. 6. & Pignatell. 6. confil. 98. n. 70.

Præterquam quod, ut observat Emin. Card. Brancatius in d. Dissert. de Privileg. Capell. Cardin. pag. 7. & 8. semper fuit in usu petere facultatem à summo Pontifice celebrare faciendâ Missam nocturno tempore, & ante auroram, prout concessit Urbano IV. Marchioni Misinensi Anno 1264. Bonifacius VIII.

Catharinæ Imperatricis Constantinopolitanæ Anno 1301. Clemens V. Philippo Principi Tarentino Anno 1312. & Joannes XXII. Philippo Regi Franciæ Anno 1316. ut refert Odonicus Raynald. in suis Annalibus. Ex quibus bene inferitur, non effectum de Jure communi celebrare Missam nocturno tempore, cum ad sic celebrandum opus sit Privilegio. Glof. in cap. 1. de Rescript. Fagnanus in cap. Pastoralis n. 10. de Appellatione.

Illud videtur laudandum, & concedendum, quòd Parochi habentest, vel quatuor millia animarum, quibus danda est Sacra Communionem in Solemnitate Natalis Domini, possint, post celebratam primam Missam in media nocte, audire confessiones virorum, eorumve reconciliações Sacramentales, & in aurora eos communicare; deinde, orta luce, confessiones mulierum excipere; quas non deest nocturno tempore, idest prima Missa mediæ noctis completa, ad sedem confessionalem admittere, resistentibus Synodalibus nostris Patavinis Constitutionibus part. 22. cap. 14. Vers. Fidelium confessiones in templo, non autem in privatis aedibus, Mulierum vero non ante Solis ortum, non post occasum quis excipere presumat. Quod potuit esse motum Sacræ Rituum Congregationis prohibendi doctrinam eorum, qui assererebant, licere ea nocte facta continuè celebrare, & communicare fideles, ne scilicet daretur occasio alicuius scandalii, detinendo mulieres in Ecclesia nocturno tempore, earumque confessiones excipiendo ante lucem; mulierum enim consortium semper est periculosum. cap. Dismissus. 18. q. 2. cap. Mulieres. 2. De Judiciis in 6.

#### DECISIONIS XIV.

Ad Martii secundum Casum.

#### ARGUMENTUM.

Queritur, an liceat communicare cum speciebus Vini consecratis moribundum, non valentem deglutire Sacram Hostiam? Ostenditur in primitiva Ecclesia fuisse in usu communicare fideles sub utraque specie. Agitur de qualitate Calicem, qui adhibebantur in Missa, & pro Communionem populi. Exponitur industria Ecclesiasticorum veterum, ne effunderetur Sanguis Domini in communicandis laicis. Referuntur, quomodo communicatio Calicis in desuetudinem jerit; & quando fuerit prohibita laicis ab Ecclesia. Ex his negativè respondetur Casui proposito.

#### SUMMARIUM.

1. Communionem sub utraque specie olim dabatur fidelibus in Missa solemnibus tantum: extra vero sola sub specie panis.
2. Patavina in Ecclesia Cathedrali ad Missam solemnem, Episcopi fideles communicabantur sub utraque specie ab hoc Seculo duodecimo.
3. Calices olim lignei, deinde vitrei, marmorei, ærei, ex aurichalco, & stanno.
4. Virgilius Spada Presbyter Congreg. Oratorii Romæ laudatus.
5. Calices plures adhibiti in Cæna a Christo Domino.
6. Diaconi in Missis solemnibus dispensabant Sanguinem fidelibus communicantibus.
7. Virga, seu fistula fideliter sorbebat de Calice Sanguinem Domini.
8. Communionem cum pane intincto in Sanguine Domini dabatur.
9. Communionem sacrati panis intincti in Sanguine dant Græci fidelibus etiam in bodierum diem.

10 Com-

10. Communionem, quam Græci dant infirmis, quenam sit?
11. Moscovite, & Russi Communionem recipiunt ex pane sacro intincto in Sanguine Christi.
12. Communionem sub utraque specie capit in desuetudinem ire ut frequenter effusiones cum irreverentia Sacramenti.
13. Hæretici dicebant Communionem sub utraque specie esse necessariam ad salutem.
14. Joannes Hus Bobemus heresiarca anno 1407. à Concilio Constantia condemnatus, & igne combustus.
15. Concilium Constantia anno 1415. confirmavit consuetudinem communicandi populum sub sola specie panis; & prohibuit Communionem sub specie vini.
16. Infirmitas non valens deglutire particulam, non est communicanda sub specie vini.
17. Communionem sub specie vini prohibita ob tres causas.
18. Infirmitas non valens particulam consecratam deglutire, potest illa etiam dari simul cum pauca aqua, aut pauca vino.
19. Communionem est de Præcepto Divino faciendâ saltem semel in vita. Quo vero ad tempus Paschale, & pro Viatico tempore mortis, est de præcepto Ecclesie.

#### SECUNDUS CASUS.

Monialis tantis ulceribus sauciatus guttur habet, ut solum liquida posse deglutire. Febris acuta indicat vicinam mortem. Queritur, an sub speciebus Vini consecratis sit communicanda?

Pro resolutione casus præmittenda sunt tria.

Primum, quòd in primitiva Ecclesia (ut dictum est supra de laicali Communionem in secundo Casu Mensis Februarii) omnes fideles tam Clerici, quam Laici recipiebant sacram Eucharistiam sub utraque specie, quando communicabantur in Missa solemnibus; nam si extra Missam communicari volebant, vel in domibus privatis et aggregatim, sub specie tantum panis Sacra Communionem impetiebatur. Emin. Card. Bona d. lib. 2. Rer. Liturg. cap. 18. num. 1. & Calialis de Veribus Sacris Christiani Ritibus cap. 11. in princ. ubi allegat S. Gregor. Homil. 22. in Evangel. sic dicentem ad populum Romanum in mystica explicatione illorum verborum Exodi 12. 7. Sument de sanguine Agni, &c. Videlicet: Quid namque sit Sanguis Agni, non sum audiendo, sed bibendo didicisti. Bibebant enim & ipsi laici de Calice Sanguinem consecratum in Missa. Hoc idem probat supradictus liber antiquus Ecclesie Cathed. Paduanæ pag. 100. ubi agitur de Missa solemnibus Episcopi, in cujus fine dicitur, quòd dabatur Corpus Christi viris, & mulieribus, qui etiam sumebant de Calice Sanguinem Christi cum quadam vitrea virga. Ad hunc effectum formabantur Calices vastiores, idest summae magnitudinis. Et dicebantur Calices Ministrantes, ut notatur à Macro in Hierolox. eod. Verb. quomodo unus extat in thesauro Ducalis Ecclesie Sancti Marci Venetiarum, quem ego vidi, & continebat medium situlam vini. Materia autem Calicem antiquitatis erat lignea. cap. Vasa. 44. de Consecr. dist. 1. ubi illa non ignoranda verba: Quondam Sacerdotes aurei ligneis Calicibus utebantur; nunc de contrario lignei Sacerdotes aureis utuntur Calicibus. Sed quia bibuli imbuebantur Sacro Sanguine, in vitreis mutati fuerunt à S. Zephyrino Papa, ut ex S. Hieronymo ad Rusticum, & ex S. Gregorio Turonensi de Glor. Martyr. c. 16. tradit idem Calialis d. cap. 11. in princ. & Macer in Verb. Calix col. 2. subdens col. 3. Ex quibus mihi unum videre contigit, quem eximia veneratione penes se Virgilius Spada Innocentii X. Elemosynarius, adserabat, cui due ex

eadem materia collaterales ansæ adunæ erant, iuxta vetustum morem. Fuit prædictus Virgilius Spada frater germanus Eminentis. Jo. Baptistæ Card. Spadæ, & Presbyter Congregationis Oratorii S. Philippi Neri in Alma Urbe, pietate, ac virtutibus insignis, benemeritus ob completionem fabricæ Ecclesie S. Mariæ in Vallicella, cujus testudinem auro, & eximiis picturis exornavit, ut testatus est mihi Pater Leander Colloredus anno 1667. nunc S. R. E. Card. amplissimus. Porro eum nimis essent fragilem à Vitro Calices, fuerunt prohibiti. e. Ue Calix 45. ead. dist. 1. de consecr. & loco eorum successere Calices marmorei, ærei, & ex aurichalco. Calialis d. cap. 11. & Macer d. Verb. Calix col. 4. Ac proscripti & hi fuerunt ob æruginem, & nauseosum gustum, atque odorem; & concessus Calix ex stanno. d. c. Cum Calix. Siquidem, stannum illitum æneis vasibus sapore gratiosiore facit, & compositis æruginis virus, ut differt Plinius lib. 24. c. 17. Hæc tamen stannæ Calicis concessio deserviebat pro pauperibus Ecclesiis, nam S. Urbanus Papa, & Martyr omnia Sacra ministeria fecerat argentea anno 226. immò temporibus S. Laurentii Martyris vasa sacra erant aurea, ut constat ex S. Ambrosio lib. 2. c. 48. & ex S. Prudent. in Hymn. 8. 5. Laurent. anno scilicet Domini 142. temporibus quoque S. Augustini Calices erant aurei, & argentei, ut ex eodem l. 3. contra Crescon. Gramm. cap. 29. quibus inhiabant Donatistæ sacrilega profanatione, teste Optato Milevitan. lib. 6. contra Donatistas. Hinc refert Amalarius à B. Remigio donatum fuisse Ecclesie suæ Calicem ministralem, cui inscripti hos verus: Hæc vasa hic populus vitam de sanguine Sacro, Injedo, æternus quem fudit vulnere Christus. Remigius reddidit Domino sua vota Sacerdos.

Calicem, quo in ultima Cæna Christus Dominus consecraverat, argenteum fuisse, notat Emin. Card. Baronius anno 34. & Bedæ temporibus, idest post annum 700. ipse calix Hierosolymis ostendebatur, ut ipsemet testatur lib. de loco Sancti. c. 2. Valentia vero Hispania alium Dominicum Calicem Agathæ lapidis conservari affirmat Carthagena Hom. 26. forsitan quia plures in Sacra Cæna contactu, & dispensatione Sanguinis Salvatoris nostri consecrati fuerunt, ut arbitratur Macer in Hierolox. d. Verb. Calix col. 5. Barad. in concord. Evang. tom. 4. lib. 2. c. 11. Victor. in addit. ad Aphorsim. Emanuel Sæ Verb. Calix. & Menoch. in Storeis centur. 6. cap. 38. & 39. ubi ad probandum etiam in primitiva Ecclesia fuisse usitatos Calices aureos, & argenteos in sacrosancto Missæ sacrificio, refert hæc carmina ejusdem Aurelii Prudentii Poætæ Christiani, qui floruit in fine Quarti Sæculi.

Libent ut auro Antistites,  
Argentei scæphis serunt.  
Fumose sacrum Sanguinem,  
Auroque nocturnis sacris  
Adflare fixos cereos.

Secundum Præmissum. Munus dispensandi Sanguinem Christi fidelibus, communicantibus in Missam solemnibus, erat Diaconorum; iuxta illud, quod S. Ambrosius lib. 1. Officior. c. 41. scribit in persona S. Laurentii loquentis ad summum, sanctumque Sixtum Antistitem: Num degenerem me probasti? Experiere certè utrum idoneum ministrum elegeris; cui commissi Domini Sanguinis dispensationem. Idem probat prædictus liber vetustus Ecclesie Paduanæ p. 100. ubi Diaconus in sinistra parte altaris tenens Calicem cum Sanguine Christi confert omnibus sumere volentibus cum quadam vitrea Virga. Et quia ob multitudinem populi, inevitabiles erant effusiones sacri Sanguinis, diversæ fuerunt industriae ad eas impediendas. Una fuit, ut Sanguinem consecratum biberent, non per appositionem labiorum ad Calicem: sed fistula, seu calamo illum de Calice sugendo, ut



do, ut diximus supra in secundo casu Menfis Februarii circa Papalem communionem, ubi notavimus, quod prædicta fistula vocabatur Siphon, de qua ait Anastasius Bibliothecarius, & Abbas Romanus, qui floruit anno 838. *Obtulit Calicem majorem funditum cum Siphone pensantem libras triginta, ut refert Macer in Hierol. Verb. Siphon*, subdens hæc verba: *Etiã Laici, quando antiquitus sub utraque specie recipiebant Sacramentum, per hanc fistulam sanguinem sorbebant. Quod est conformememoriaræ Hierol. Ecclesæ Paduanæ. Immo ipsa fistula erat alibi inserta, & affixa eidem Calici immobiliter, scribente Lindano in Panop. Evang. l. 4. c. 46. Quia sanguinis effusio propter incultioris populi rusticitatem meriti timebatur, Calicibus canna est sermunita, affabreque inserta.* Alia testimonia ejusdem Siphonis, seu calami, vel fistulæ, que etiam Canna dicebatur, allegant idem Macer d. Verb. Siphon, & Casalius de Veterib. Sacr. Christi. Ritib. d. cap. 11. quos legisse non pœnitabit antiquitatis studiosos. Altera fuit industria porrigere Eucharistiam intinctam in ipsò Dominico Sanguine, cum parvo cochleari, frangebatur enim in frustula panis consecratus; (olim enim non erat in usu panis tenuissimus, quem nos appellamus hostias, seu particulas. Emin. Card. Bona d. lib. 2. cap. 18. sub n. 3.) & comminutus in minutulas particulas (quas Græci *μαρμαριτυ*, idest Margaritas vocabant. Macer in Hierol. eod. Verb.) ponebantur in Calice sacri liquoris pleno; & eisdem particulas Divino Sanguine perfusas Sacerdos parvo cochleari extrahebat, singulis singulas præbens, quas omnis populus ore excipiebat. Hanc morem communicandi sub utraque specie in Ecclesia Occidentali, & Latina existisse legitur in c. *Cum omne crimen* 7. de consecr. dist. 2. & quamvis videatur ibi prohibitus, nihilominus viguisse testantur Micrologus, qui vixit anno 1077. tempore Gregorii VII. in c. 19. & Ivo Carnotensis Episcopus, qui floruit anno 1088. tempore Urbani II. in 2. part. c. 11. & 85. Et de eadem communionem, cum pane intincto in Sanguine Christi, in antiquis consuetudinibus Monasterii Cluniaensis lib. 2. c. 30. tom. 4. *Spicilegij*, dicitur, eam permittere propter novitios, & alios rudes, qui si Sanguinem separatim acciperent, vix fieri possent, quin aliquam negligentiam incurrerent. In Anglia pariter adeo erit propagatus usus intinctæ communionis, ut eum prolixè defenderit Ernulfus Rossensis Episcopus in *Epist. ad Lambertum d. Spicilegij* tom. 2. In Ecclesia autem Orientali mos intinctæ Synaxis & uestiator, & antiquior fuit, ita ut suspicetur Arcudius de concord. Eccles. Orient. & Occident. lib. 3. cap. 53. tempore S. Joannis Chrylostomi originem habuisse ex factò cujusdam mulieris Macedoniane, que se Catholicam simulans, de manu ejusdem Sancti Eucharistiam suscepit, quam ancillæ occultè dedit, & panem non consecratum ab eadem acceptum ori impoluit, qui in lapidem versus est. Quidquid sit de origine moris prædicti apud Græcos, eos hanc consuetudinem, sibi à majoribus suis traditam, populum communicandi sub utraque specie, non seorsum, sed fide mixta, servare usque in hodiernum diem proficitur Emin. Card. Bona Rev. Liturg. d. lib. 2. cap. 18. num. 3. Immo ipsi Græci feria quinta majoris hebdomadæ panem reservandum solito majore præparant, & consecrant, quem panem ita consecratum Sanguine Christi leviter humectant, tum sacro disco ignem subjicientes illum excitant, tum sacro disco facium, ne per totum annum corruptum non subsceat. Cum autem contingat communicare ægrotum, particulam dicti panis consecrati, & Christi sanguine jam delibuti tollunt, & in cochleari vino communi profundunt, ut

emollescat eaque sic emollita communicant infirmum; ut diffusè scribit Leo Allatus Episc. 2. ad Nidulum in suis Synnihilis lib. 1. & refert Laudatus Card. Bona d. lib. 2. c. 18. n. 2. Porrò talem consuetudinem improbat Innocent. IV. in cit. Constit. 14. Incipiens. *Sub Catholice, quoniam emit pag. Quaranta in Sum. Bullar. Verb. Græcorum Ritus pag. mibi 349.* in qua præcipitur, Eucharistiam pro ægrotis renovari per singulos quindécim dies ab illisdem Græcis, quorum consimilem ritum infestat etiam Humbertus Gardin. Sylvæ Candidæ in lib. advers. column. Græcor. postto in Biblioth. Patr. tom. 11. Porrò etiam his temporibus apud Rufios, seu Moscovitas vigere consuetudinem communicandi populum, dandò unicuique panem consecratum intinctum, & perfusum Sanguine Christi, illum porrigendo in cochleari ad evitandum periculum effusionis, testantur Henriquez lib. 8. de Euchar. c. 44. n. 7. & Petr. Comestor. in Hist. Eccles. cap. 151. quos citat Diana part. 8. trañ. 1. resol. 25. que est in Coordinato Opere tom. 3. trañ. 1. resol. 50. Tertium tandem hæc industria ad impediendas, frequentes irreverentias in Communionem populi sub utraque specie, ob effusionem Dominici Sanguinis, que contingebat ex Ministerio Ecclesæ, & rudium fidelium incuria; sive cum Calicem propinandum porrigebat, sive cum siphone ad sugendum, sive etiam cum intinctam Eucharistiam in cochleari dabant, præter prohibitionem intinctæ communionis, de qua in cit. c. Cum omne crimen 7. de consecr. dist. 2. Concilij Claramontani Anno 1095. de quo Casalius in Notitia Concilij. pag. 394. can. 28. Pætchalis Papæ II. de qua Emin. Card. Baronius ann. 1118. n. 2. & Concilij Anglicani sub Richardo Archiepiscopo Cantuariensi ann. 1175. c. 15. paucitatis cepit in defectu intinctæ in Calicis communio in Ecclesia Latina; Prælati ubique attentissimi, populum sub unica tantum specie panis communicari, tum ad tollendos abusus in usu Calicis inevitabiles, illum minus cauti, seu attenti de manu alterius recipiendo; tum ad eliminandum errorem, saltem in rudioribus, opinantibus sub specie panis consecrati non contineri Sanguinem Domini; cujus causa Rodolphus Abbas S. Trudonis, qui vivebat Anno 1110. removeri à Laicis Calicem suavit his verbis.

*Hic, & ibi cautela fiat, ne Presbyter agris, Aut sanis tribuat Laicis de Sanguine Christi: Nam fundi possit leviter; simplexque putaret, Quid non sub specie sit totus JESUS utraque.*

Igitur cum ferè ubique esset introducta consuetudo communicandi Laicos sub sola specie panis, insurrexerunt Hæretici hæretici, (ita nominati ab eorum Auctore Joanne Hus) asserentes communionem sub utraque specie esse toti populo ad æternam salutem necessariam; quapropter convocato generali Constantiensi Concilio Anno 1415. (ad quod citatus personam accessit hæreticæ Joannes Hus Sacerdos Bohemus) qui ceperat inficere Ecclesiam suo hæretico veneno, Anno circiter 1407. tæde Salellio lib. 3. c. 17. Reg. 285. convictricque de erroribus, & in eis pertinax existens, fuit condemnatus, degradatus, & traditus brachio seculari, & per illum vivus igne combustus; cujus quidem hæreticæ condennationis sententiam ex Bovio Anno 1415. fol. 425. transcribit Salell. in cit. Regul. 285. à num. 34. & inter cæteros Huslitarum errores cum fuisset proscriptus & ille, Impium inventum, & Evangelio contradicens esse communionem in solo pane, excluso Calice; tandem Concilium Constantiense prædictum sess. 13. definiit: *Receptam dudum consuetudinem communicandi populum sub sola Panis specie sic approbat. Synodus Constantiensis, ut aliter fieri sub Eucharistia vetes.* Et hoc Decretum, ad compescendos Lutheranos, & Calvinistas, eundem errorem de communionem sub utraque specie suscitantes,

tes, confirmavit Concilium Trid. sess. 21. cap. 1. & 2. & subinde can. 1. & 2. in quibus Anathemate percutitur, *Si quis dixerit, ex Dei præcepto, vel necessitate salutis, omnes, & singulos Christi fideles utranque speciem Sanctissimi Eucharistia Sacramenti sumere debere. Vel Sanctam Eucharistiam Catholicam non iustis causis, & rationibus adducam fuisse, ut laicis, atque etiam clericis non conscientibus, sub panis tantummodo specie communicaret; aut in eo errasse. Objectiones Novatorum contra hæc Conciliaria Decreta, & eorum solutiones ponunt Scholastici, & eruditè eadem Leonard. Lessius in Opere Postumo quest. 80. De Sacramento Euchar. art. 12. dub. 1. Gonetus tom. 5. de Euchar. disp. 9. art. 3. Emin. Card. de Lauræa in 4. sent. tom. 1. disp. 25. art. 5. & novissimè P. Richardus Ardekin. in sue Theol. Tripartite tom. 1. trañ. 2. cap. 5. à n. 5. & seqq. necnon Agudius De Sacram. Euchar. part. 4. c. 6. n. 14. & 15.*

His ita enucleatis respondendo casui proposito

16 *An sub specie Vini sit communicanda Mortalis in articulo mortis, cum non possit deglutire particulam?* ferè omnes dicere, non esse sub specie Vini consecrati communicandum; ut docent Fagundez, Pignatius, Suarez, Mercerus, & Silvius, quos allegat Diana part. 5. trañ. 3. resol. 34. reposita in Coordinato tom. 2. trañ. 2. resol. 98. Quibus ego adjungo Pacem Jordanum tom. 1. lib. 3. tit. 3. n. 34. Gobatum in Theolog. Experim. trañ. 4. n. 27. Barbolam de Patrobo cap. 20. n. 44. & Emin. Card. de Lugo in Responso. Moralib. lib. 1. dub. 10. n. 8. Horum ratio est, quia Sacramentum Eucharistia non est simpliciter necessarium ad salutem, & non obligat nisi cum debitis circumstantiis, præscriptis ab Ecclesia; quam una est ut administretur Laicis, & Clericis non conscientibus sub specie panis tantum, ad preprimendam hæresim eorum, qui negant contineri Sanguinem Christi sub specie panis; necnon errorem illorum, qui assererent, esse præceptum Christi de communicando sub utraque specie; ac etiam ad evitandum periculum effusionis: idcirco convenit Catholico Populo Ecclesie mandatis obedire, & Decretis Conciliaribus parere ob tam relevancia motiva. Nonnulli contrarium scripserunt, sequentes Petrum Ochagaviam de Sacram. trañ. 7. De Eucharist. effus. q. 18. n. 9. & Nugnum in 3. p. tom. 1. q. 80. art. 12. conclus. 3. putantes dictam infirmam esse communicandam sub specie vini consecrati, ea ratione, quia supponunt, Communionem in articulo mortis esse de Præcepto Divino, cui cedere debet præceptum Ecclesiasticum de abstinentia à speciebus vini, prout cedit illud de jejunio. Cæterum, cum non conveniant, sed dissentiant Theologi, an Vincticum sit sumendum in articulo mortis ex Præcepto Divino; negant enim Cajetan. in Summa, Verb. Communio. Armilla eod. Verb. num. 4. Sylvest. Verb. Eucharistia 3. Ledesma 1. part. 4. q. 22. art. 11. dub. 2. & Emin. Card. de Lauræa d. disp. 25. n. 38. & num. 47. quamvis affirmet Suarez disp. 69. sect. 3. Vasquez disp. 214. c. 2. & 3. Sotus in 4. dist. 12. q. 1. art. 11. & alii, quos allegat, & sequitur Collegium Salmantic. in Cursu Theologiae Moralit. tom. 1. trañ. 4. c. 8. n. 4. tutius est ad hærendum opinionem negativæ, & dicendum, infirmam prædictam non esse sub speciebus vini communicandam; sed juxta monitionem Pacis Jordani d. lib. 3. tit. 2. 18 n. 34. ei præbendam fore particulam Hostiæ consecrate mixtam aqua, vel vino ordinario, ut eam sic possit deglutire; cum enim sit adeo tenuis, & modicæ quantitatit particula consecrata, vel etiam didimidium, aut quadrans unius particulæ, (quod quidem sufficit ad communionem prædictam) si porrigatur, ut absorbeat eam cum aqua, vinovè ordinario, recipit Sacramentum sine offensione legis prohibitoria speciei Vini consecrati, quam ob gratia motiva sub Anathemate Ecclesia condidit; &

quæ æstimatur plura lege jejunii; siquidem super præcepto jejunii expressè dispensat Ecclesia pro dandò Viatico in articulo mortis, ut omnibus patet; sed non dispensat super prohibitione speciei vini. Ex his penitus reprobatur esse debet consilium illius Theologi, de quo Gobat. d. trañ. 4. num. 28. & Biffus in Hierurgia Sacra tom. 1. lit. L. num. 119. §. 7. qui Biffus, & Gobat. etiam docti, & eruditi, ramen in resolutione hujus casus modo asserunt, & modò negant, & Lectorem studiosum finunt accipietem. Igitur ratio opinionis negativæ, est quia sumere Eucharistiam est de Præcepto Divino, quò ad obligationem sumendi illam, saltem semel in vita. Quo verò ad plures vices communicandi, & sic quoad tempus illam sumendi, sive semel in anno, sive tempore mortis, est de Præcepto Ecclesie, ad quam spectat declarare, quando fideles debeant communicare; prout declaravit eos obligatos semel in anno tempore Paschali. c. *Omnis utriusque sexus.* De Panis. & Remiss. & in articulo mortis, cap. De bis 9. 26. q. 6. ut demonstrabimus infra in primo Casu mensis Septembris ex doctrina Emin. Card. de Lauræa d. disp. 25. art. 2. & art. 3. ubi expressè probat, Communionem in articulo mortis esse de præcepto Ecclesie, non autem de præcepto Divino.

## DECISIONIS XV.

Ad Martii casum Prudentialem.

## ARGUMENTUM.

Examinatur, an aliquæ personæ devotæ sint communicandæ in die Sabbati Sancti post Missam? Rationes pro, & contra referuntur. Plures traditiones dantur circa Missam Sabbati Sancti, quæ olim de nocte celebrabatur. Resolvitur casus sub distinctione.

## SUMMARIUM.

- 1 Sabbato sancto laicis non infirmis non est danda Communio; & quibus rationibus? num. 4.
- 2 Communio in Missa Sabbati Sancti cur non dicatur?
- 3 Laici sani possunt communicari in Sabbato sancto.
- 5 Exceptio in uno casu firmat Regulam in contrario.
- 6 Inclusio unius est exclusio alterius.
- 7 Sabbati sancti Missa olim dicebatur à solo Episcopo, & de nocte.
- 8 Consuetudo universalis habet vim legis.
- 9 Concessum dicitur, quidquid expressè prohibendum non reperitur.
- 10 Sabbato sancto possunt Sacerdotes Missam privatim celebrare secundum aliquot DD.
- 11 Cap. Sabbato. De cons. dist. 3. censetur abrogatum.
- 12 Feria sexta Parasceves nullus laicus sanus est communicandus.
- 13 Hebræi vigilabant in nocte ante diem Pasche.
- 14 Sabbato sancto an Missa cantaretur in principio noctis, an media nocte?
- 15 Christiani antiquitus communicabantur in nocte Sabbati sancti ad Missam.
- 16 Communio Antiphona est signum lætitiæ.
- 17 Christus Dominus qua hora resurrexerit.
- 18 Consuetudo est in pluribus Ecclesiis communicandi fideles Sabbato sancto.
- 19 Consuetudo particularis præfertur generali.
- 20 Consuetudo negativa in facultatis non præjudicat.
- 21 Favores sunt ampliandi.
- 22 Devotio est alius Religionis.